Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320821

15

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

15

# THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

**BARTHOLDI JACOBI LINTELO DE GEER,**

JUR. UTR. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**MEINARDUS TYDEMAN,**

TIELANUS.

**Die VII. m. Junii a. MDCCCL, hora II.**

TIELAE.

**Apud A. VAN LOON.**

MDCCCL.

# THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Recte Clar. von Savigny reprehendit artis vocabulum *error in substantia.*

II.

In l. 21 §. 2. D. de act. emti, legendum: *emtionem esse.*

III.

In definitione ususfructus verba *salva rerum substantia* spectant modum utendi.

IV.

In §. 8 tit. 2 lib. I. I. præferenda est lectio: *quibus permissum erat jura condere.*

V.

Matrimonio aliquid cum contractu commune est.

VI.

In patria nostra, peregrinus secundum statuta personalia patriae suae judicandus est.

VII.

Male de Pinto (Handl. Burg. Welb. ad § 729): »de zaak die het onderwerp is van een contract, moet toebehooren aan hem die belooft."

VIII.

Non valet apud nos doctrina quam docet Pothier, dicens: »objectum contractus utile debet esse ei qui stipulatur."

IX.

Minus recte legislator art°. 1356. Cod. Civ. nostri, inter essentialia contractus, 4° enumerat *causam licitam.*

X.

Improbanda Cod. Civ. nostri dispositio: »Koop en verkoop van eens anders goed is nietig."

XI.

In contractu assecurationis substantialia requiruntur, praemium, damni resarcitio, id quod interest, et periculum: et circa haec quatuor, consensus.

XII.

In contractu assecurationis scriptura ad essentialia non pertinet.

XIII.

Quodcunque in aliquo contractu subjectum esse potest, id in contractu assecurationis praemium stipulari potest; idemque dicendum de resarcitione damni.

## XIV.

Nec praemium nec resarcitionem in contractu assecurationis certa esse opus est.

## XV.

Art. 250 Cod. Merc. ita intelligendus, ut contractus existere quidem possit deficiente eo quod interest, non vero locum esse exactioni resarcitionis.

## XVI.

Male Alauzet (Traité Général des Assur. N°. 98, Paris 1843) »Le but que se propose l'assurance est de remettre l'assuré (si un sinistre arrive) dans la même position que s'il n'eut pas tenté son expédition."

## XVII.

Male idem l. l.: »C'est changer le caractère du contrat d'Assurance, et vouloir l'assimiler aux dommages intérêts, d'y comprendre le bénéfice qu'on a manqué de faire."

## XVIII.

Male agunt qui praescripta, ad subjectum in contractu pertinentia, ad rem assecuratam extendunt.

## XIX.

Interesse, quod nondum natum est eo momento quo contractus initur, assecurari potest.

## XX.

Male art. 599 Cod. Merc.: »Verzekeringen zijn nietig, wanneer zij gedaan zijn: 1°. op de soldijen of gagiën van het scheepsvolk: 2°. op de premiën of het kaplaken des schippers."

## XXI.

Asseeuratio assecurato est factum administrationis.

## XXII.

Uxor quae administrationem bonorum retinuit (art. 163 Cod. Civ. nostri) contractum inire potest quo eorum periculum in alium convertitur, licet mariti auctoritas non interveniat.

## XXIII.

Is apud quem res quaedam deposita est, vel creditor qui pignus accepit, suo nomine contractum inire potest, quo depositum vel pignus assecurantur.

## XXIV.

Creditor suo nomine contractum inire potest, quo res debitoris assecurantur.

## XXV.

Contractus assecurationis inter cives civitatum inter se bellum gerentium, nonnumquam effectu caret, etiam si in Poliza legatur clausula: »of die het anders zou mogen aangaan, vriend of vijand.”

## XXVI.

Societas anonyma peregrina, in patria nostra agere non potest, nisi approbatione Regis nostri munita.

## XXVII.

Assecuratio rerum, peregrina lege extra commercium, in patria nostra non est nulla.

## XXVIII.

Si incendium culpa filii minoris, apud assecuratum inhabitantis, ortum est, assecurator solvere tenetur.

## XXIX.

Periculum amittendae causae suae apud Judicem, non est periculum contra quod assecurari potest.

## XXX.

Minus recte annotatum ad art. 251. Cod. Merc. in editione Cons. Asser, c. s. »Immers de geheele bepaling is gegrond op de stelling, dat er van de zijde des verzekeraars dwaling plaats heeft in het wezen der zaak, substantiële dwaling."

## XXXI.

Nimis absolute Cons. Donker Curtius ad eundem articulum (Opinions énonc. p. 99) »Y a-'t-il erreur dans l'essence? Point du tout!"

## XXXII.

Bene Seneca, in libro I de Clementia, legum poenalium officium intellexit, ut patet ex his verbis: »In vindicandis injuriis, haec tria lex secuta est, quae princeps quoque sequi debet: aut ut eum quem punit, emendet; aut ut poena ejus, caeteros meliores reddat; aut ut sublatis malis securiores caeteri vivant."

XXXIII.

Qui deliquit non habet jus ad poenam.

XXXIV.

Civitati jus est, in delinquentem mortis poenam statuere.

XXXV.

Qui deliquit necandus non est, si alio modo arceri potest ab ordine civitatis turbando.

XXXVI.

Recte novus Codex Criminalis Batavus poenam expositionis publicae rejecit.

XXXVII.

Poenae perpetuae probandae sunt.

XXXVIII.

Affirmative respondendum est *Bastiat* roganti (Soph. écon. p. 74): »N'est ce point un axiome incontestable en économie politique que les impôts, à la longue, retombent sur le consommateur?"

## XXXIX.

Lusus publicus (Staats-Loterij) servandus esset, etiam si nullum lucrum civitati afferret.

## XL.

Licet civitati, quae se civi obligavit ut foenus ei solvat, ex hoc foenore aliquid tributi nomine retinere: salvo articulo 171 Legis fundamentalis.

19 O ll g